

## Bernhard von Kraiburg. Begrüßungsrede auf NvK.

Reinschrift mit eigenhändigen Korrekturen Bernhards<sup>2)</sup> (s. Apparat): SALZBURG, Univ.-Bibl., Hs. M I 398 f. 209<sup>r</sup>–212<sup>v</sup>. Zur Hs. s. Ruf, *Altbayerische Gelehrtenbibliothek* 224; Bauer, *Schriften des Bernhard von Kraiburg* 153.

Kop. (etwas später): WIEN, Nat.-Bibl., CVP 3704 f. 138<sup>r</sup>–139<sup>v</sup>, mit Übernahme fast aller Korrekturen der Salzburger Hs. Zur Hs. (Provenienz: Mondsee) s. *Tabulae* III 58f.; Bauer, *Schriften* 153.

Transkription mit deutscher Übersetzung: Strangfeld, *Stellung des Nikolaus von Cues* 279–296.

Erw.: Uebinger, *Kardinallegat 632–634* (mit umfangreicher Erläuterung); Joachimsohn, *Bernhard von Kraiburg* 6f.; Vansteenberghe 91 und 483; Koch, *Umwelt* 116; Ruf, *Altbayerische Gelehrtenbibliothek* 224f.; Wallner, *Bistum Chiemsee im Mittelalter* 113; Bauer, *Schriften des Bernhard von Kraiburg* 149–152 (mit ausführlichem Kommentar); *Verfasserlexikon I* (1977) 770 (W. M. Bauer); *Kristeller, Iter III* 41; <sup>2b</sup> V, LXXVII; Meuthen, *Deutsche Legationsreise* 427f.; *LThK* <sup>3</sup>II (1994) 272 (J. Helm-rath).

Bernhard fügt in der Salzburger Hs. am Ende hinzu: Anno domini M<sup>o</sup> cccc<sup>mo</sup> li<sup>o</sup> pronunciata est hec arenga per m. Bernhardum de Kreyburga secretarium domini Salzeburgensis in adventu domini (getilgt: cardinalis et) legati ad Alemanniam domini Nicolai cardinalis tituli s. Petri ad vincula in ecclesia Salzeburgensi. In der Wiener Hs. ist als Titel angegeben: Oratio in laudem Nicolai de Cusa.

In nomine domini amen. 'Mitte michi virum eruditum qui noverit operari in auro et argento'; ii Paralipp. ii c.<sup>3)</sup> Magnus Ezechiel prophetarum c.xvii ait: 'Aquila grandis, magnarum alarum, longo membrorum ductu, plena plumis, venit ad Libanum, tulit medullam cedri; summitatem frondium eius evulsit et transportavit illam in terram Chanaan et in urbe negociorum posuit illam.'<sup>4)</sup>

R. pater! Ecce, 'cum sitis ipse sapiens, suffertis' tamen 'libenter insipientes'<sup>5)</sup>, queso: Quis prohibebit me, quin vos sub tropo et metaphora 'grandem' hanc 'aquilam' Ezechielis appellem? Nichil enim aquile grandi proprium est, quod v. r. paternitati deesse, sed omnia adesse videntur. Aquila enim secundum Plinium calida est, sicca est, animosa est et plumosa, alti volatus et fortissimi odoratus.<sup>6)</sup>

Hec, p. v. r<sup>me</sup>, omnia sine defectu aliquo adesse perhibentur. Quantum enim v. r. paternitas ca- 10  
lida sit per caritatem et quam benivola omnibus auxilium, opem et adiutorium vestris invocantibus quantisque iidem paternis foveantur consolationibus, veritas ipsa per se docet, predicat et manifestat, egoque huiusce, quoad vixero, quia sensi, testis ero p. v. r<sup>me</sup>. Deinde quam siccus sitis per excussionem manuum ab omni munere<sup>7)</sup>, nemo dicit nisi omnis homo. Quantum vero animosa fuerit p. v. r. 15  
quantumve magnanimis, reges orbis testantur et principes, qui sepe sepius facundiam v. r. p. hause-  
runt usque ad intima cordis. Certissimum credite, nondum est ab hominum memoria abolitum, non e cordibus excisum, sed hodie res recens est 'tamquam dies hesternae, que preterit'<sup>8)</sup>, certamen illud fortissimum, certamen illud grande nimis, in quo 'usque ad sanguinem'<sup>9)</sup> pro pace militastis ecclesie, in nullo animo satagentes, nisi cupite pacis adepta tranquillitas, de quo dicere potero: 'Certamen

2 nach ii c. getilgt pro primo re<sup>me</sup> pater 5 R. pater am Rand ergänzt 17 e cordibus excisum über getilgt in cordibus oblitum

<sup>1)</sup> Nur Jahr und Ort der Rede sind genannt; s.u. in der Vorbemerkung. Als Tagesdatum ist der Bemerkung in adventu ebendort entsprechend in Übereinstimmung mit Nr. 992 der 31. Januar angenommen; so in Korrektur zu der unten genannten Literatur.

<sup>2)</sup> Nach Ruf und Bauer ist auch der Text selbst von Bernhard geschrieben. Einige der Korrekturen könnten vom Textschreiber stammen.

<sup>3)</sup> 2. Par. 2, 7.

<sup>4)</sup> Ez. 17, 3f.

<sup>5)</sup> 2. Cor. 11, 19.

<sup>6)</sup> Bei Plinius, *Naturalis historia*, nicht zu verifizieren. Im Gegenteil heißt es dort X c. 70 § 191 z.B.: Aquilae clarius cernunt, vultures sagacius odorantur.

<sup>7)</sup> S.o. Nr. 975 Z. 20f.

<sup>8)</sup> Ps. 89, 4.

<sup>9)</sup> Hebr. 12, 4.

20 forte dedit illi, ut vinceret'; Sap. x.<sup>10</sup>) Profecto vicistis magnificentia, vicistis magnanimitate, accensus amore veritatis, perseverantia et firmitate, nullius terrore perterritus, nullius mutatus horrore, ita ut vere illud modo dici poterit ii Regum xii: 'Pugnabat contra regem filiorum Amon' et vicit eum.<sup>11</sup>)

Vicit quidem gloriosa victoria, non armorum strepitu, non lacertorum viribus, sed tamquam 'vir eruditus, qui novit operari in auro', id est in sapientia et intellectu. 'Aurum' enim 'preciosum labia  
25 scientie'; Prov. 20.<sup>12</sup>) Et 'in argento', id est, in eloquentia et facundia. 'Argentum' enim 'electum lingua iusti'; Prov. 10.<sup>13</sup>), quoad thema. 'Nec enim eos in imperio solos militare credimus, qui clipeis, gladiis et toracibus utuntur, sed etiam patronos causarum, qui gloriose confisi vocis munimine laborantium spem, vitam posterisque defendunt'; C. De advocatis diversorum in l. 'Advocati'.<sup>14</sup>) Iustissime ergo tamquam a divino fato 'Nicolaus' dicimini, quasi 'victoriosa laus', a greco vocabulo 'nicos', quod est 'victoria', sumpto alteroque latino termino, videlicet 'laus', in nomine reser-  
30 vato.<sup>15</sup>)

Sed quid inmoror, pater r<sup>me</sup>. Regrediar ad superiora Ezechielis verba: 'Aquila grandis, magnarum alarum'. Profecto, pater re<sup>me</sup>, magnarum estis alarum tam intellectus practici quam speculativi, quibus p. v. r. altissimo circumfertur volatu, quibus ex una tamquam ex intellectu speculativo ad encia  
35 respicit inalterabilia, ex altera, ut ex practico, ad inferiora prudentie agibilia. Illa etiam aquila 'plena' est 'plumis', id est, plena scientie et doctrinis, 'longo'que 'membrorum ductu', id est, de diuturna in arduis perseverantia.

Hec aquila ab Alamania 'venit ad Libanum' apostolice sedis. Sedes apostolica 'Libanus' dicitur, prout Ys. 35 de ea scribitur: 'Gloria Libani data est ei, decor Carmeli et Saron'.<sup>16</sup>) Salomon quoque  
40 ait in Canticis: 'Turris' eius 'sicut turris Libani, que respicit contra Damascum'.<sup>17</sup>) Aquila hec nostra 'tulit medullam cedri', id est, miserationis et pietatis apostolice plenitudinis, 'summitatem'que 'frondium eius', scilicet potestatem auctoritatis papalis et vicetenenciam eiusdem pro leticia et animarum salute 'evulsit' et eam nunc ut apostolice sedis legatus a latere 'in terram Chanaan' nationis nostre Alamannice, que ad eius interpretacionem 'negociorum' terra est, 'transportavit'. Et hoc quo ad pri-  
45 mum.

Quo ad secundum, quid dignius, quidve melius et plus debitum eloquemur quam: Benedicta sit illa Libanus sacraque sedes apostolica, que hanc aquilam, 'virum' hunc 'eruditum', patrem nostrum re<sup>mm</sup>, 'qui novit operari in auro et argento', intellectu et scientia, facundia et eloquentia, et quem  
50 revisere diu desideravimus clamantes post eum: 'Revertere, revertere, ut intueamur te!<sup>18</sup>)', misit et destinavit. Quem autem meliorem, queso, sanctitas sua huic nationi destinasset, qui tanto ad intima afflictiones nostre patrie novisset, qui sciret sic 'compati infirmitatibus nostris'<sup>19</sup>), prout ipse? Et quoniam totus sagax, audax est et strenuus, dulcis et affabilis, credimus, quod si alicuius munere contrarii et adversi Germanice nationis, etiam si forent ex toto abinvicem separati, conglutinari et in  
55 amicitiam ac unitatem federari debebunt, id nullius cicius quam p. sue r<sup>me</sup> perficietur opera, industria et labore. Quis enim p. sua r. tractabilior, quis dulcior, quis benignior, qui sic ut ipse possit parcium corda frangere et statum patrie in pacis unitate, ne iterum fluctuacione et perplexitate<sup>20</sup>) vexetur, conservare? Et cum viro magno nil sit arduum, in nullum omnino fertur dubium, quin eo

---

22 Regum xii *über getilgt* Paralipp. xviii 27 confisi *über der Zeile ergänzt* 36 de ebenso 48 nach  
eloquentia *getilgt* ad nos *und nachfolgendes et ergänzt* 49 post eum *ergänzt* 51 novisset *über getilgt*  
nosset 57-58 eo studio *verbessert aus* ea sollicitudine

<sup>10</sup>) Sap. 10, 12.

<sup>11</sup>) 2. Reg. 12, 26.

<sup>12</sup>) Prov. 20, 15.

<sup>13</sup>) Prov. 10, 20.

<sup>14</sup>) C. 2.7.14 mit leichter Abwandlung des Codex-Textes.

<sup>15</sup>) Vgl. dazu Uebinger, Kardinallegat 633, und Honecker, Name des Nikolaus von Cues 27.

<sup>16</sup>) Is. 35, 2.

<sup>17</sup>) Cant. 7, 4.

<sup>18</sup>) Cant. 6, 12.

<sup>19</sup>) Hebr. 4, 15.

<sup>20</sup>) Anspielung auf die Neutralitätserklärung von 1438; RTA XIII 218 Z. 5; Meuthen, Deutsche Legationsreise 428 Anm. 28 (Literatur).

studio rem vestre legationis, qua fungimini, sic adibitis, ut ex eo fama vestri nominis nonnisi de bono in melius merebitur exaltari. Et quo ad secundum.

Tercio, quia vos, p. r<sup>me</sup>, ab omnium vero et iusto datore et s<sup>mo</sup> domino nostro domino Nicolao 60 divina favente gratia sancte Romane et universalis ecclesie summo pontifice domino nostro metuen-  
dissimo sacraque sede apostolica nobis in patrem a latere eius legatum et superiorem, qui 'in auro et  
argento', ut in verbis thematis premissum est, 'novit operari', nobis datus estis et destinatus, nos ut  
boni filii cum omni reverentia, leticia, gaudio et devotione eandem p. v. r. suscipimus et recognos-  
cimus cum omni fidelitate, verbum amplectentes apostoli: 'excipite illum cum omni gaudio et huius- 65  
modi cum honore habetote'; ad Philipp. ii c.<sup>21</sup>) Et hoc quo ad tertium.

Quarto de salutifera illa vestra provisione divinitus ordinata, qua omnipotentis dei dispositione  
ad fabricam militantis ecclesie in cardinalem meruistis sublimari, nos singulari iocunditate letati cle-  
mencie dei super fata cuncta regnanti cum devota cordis affectione referimus pro sufficientia nostra  
omnes, quas possumus, gratiarum actiones dicentes cum scriptura: Benedictus deus, qui 'imposuit 70  
mitram capiti' tuo 'honoris eterni'; Baruch v<sup>o</sup>.<sup>22</sup>) Repletusque quilibet nostrum iubilo mentis letatur  
gaudens et dicens: 'Tu es dominus meus'; Gen. 44.<sup>23</sup>) Letare ergo et tu Salzeburgensis ecclesia et  
omnes utriusque sexus, qui diligitis eam. Fortissimum enim in hoc patre invenisti protectorem, qui  
pleno te prosequitur affectu, optimis tibi aderit favoribus, in oportunitatibus te proteget, tibi astatit  
et te defendet adiuvabitque te paterna sollicitudine ad omnia, que tibi noverit profutura. Et hoc 75  
quo ad quartum.

Quinto, attendentes ab occulto quodam nature influxu cunctis animantibus et precipue ratione  
utentibus inditum, ut animalia eiusdem speciei pre ceteris amplius se diligant, dicente philosopho:  
'Omne animal sibi simile diligit'<sup>24</sup>), et iterum quia planete stelle ipse erraticae solent in coniunctioni-  
bus suis plus ceteris sibi mutuo virtutes et suas influencias communicare — signa enim zodiaci amica 80  
tamquam eiusdem circuli signa plus aliis se mutuo dicantur aspicere —, ideo primum dominus noster  
gratiosus dominus Salzeburgensis, deinde patres presentes et nos singuli adeo in v. r. p<sup>tem</sup> ut ad na-  
tum nationis nostre et ex qua tota dignificatur Germania, speramus et confidimus, ut merito quilibet  
nostrum dicere audeat: 'In te, domine, speravi; non confundar in eternum'; Psalmo 30.<sup>25</sup>) Et exinde 85  
dominus noster Salzeburgensis firma spe certa que fiducia conceptis seipsum, ecclesiam suam Salze-  
burgensem omnesque suos et sua confidenter et cordialiter recommendat p. v. r., quam altissimus  
omnium dominus et nos in gaudia deducat eterna. Amen.

---

58 ut ex eo *über getilgt* qua 63 nobis *über der Zeile ergänzt* 75 nach defendet *getilgt* solliciti-  
-que te paterna sollicitudine *über der Zeile ergänzt* 79 iterum *ebenso* 81 signa plus aliis *ebenso* 83  
nach nostre *am Rand Germ[ ]*.

---

<sup>21</sup>) *Phil.* 2, 29.

<sup>22</sup>) *Bar.* 5, 2.

<sup>23</sup>) *Gen.* 44, 18f.

<sup>24</sup>) *Vgl. Nikomachische Ethik VIII c. 2 (1155a32-35).*

<sup>25</sup>) *Ps.* 30, 2.

### 1451 Januar 31, Salzburg.

Nr. 994

*NvK an alle Christgläubigen. Er verleiht einen 100-Tage-Ablaß für die Marienkirche in Spital.*

*Or., Perg. (S fehlt): KLAGENFURT, Diözesanarchiv, Urk. 377. Auf der Plika: H. Pomert.*

*Formular: Dum precelsa meritorum insignia (Nr. 966).*

### 1451 Februar <1 oder 8><sup>1</sup>), Salzburg.

Nr. 995

*NvK an alle Christgläubigen. Er verleiht einen 100-Tage-Ablaß für die Kirche des Benediktinerklosters St. Peter zu Salzburg.*